

daturi iū, qui in præsenti contemtores DEI & ve-  
ritatis extiterunt.

18. Quando vero isthac Mundi futura sit Con-  
summatio, varie & olim quæsum fuit, & adhuc  
hodiè quæritur.

19. Iudei produxerunt ex Thalmud Oraculum  
quoddam Eliæ, non Prophetæ illius Thesbitæ :  
sed Rabini cuiusdam ουνωνύμου, mundum hunc  
6000. annorum duraturum afferentis : analogiā  
desumptā à sex illis diebus, quibus totum hoc Uni-  
versum à DEO est creatum: quorum quilibet mil-  
le constitut annos, juxta illud Davidis : Mille  
anni coram te, sicut hesterna dies qua pre-  
teriit. Thalmud. lib. Sanhedrin : tractatus  
Abodah Zarah, b. e. Idololatriæ. cap. 1. Ps. 90.

4.2.Pet. 3. 8.

20. Reperti sunt alij, qui corpus Christi mysti-  
cum, hoc est, Ecclesiam acturam in terris annos  
triginta tres existimarunt, quos vixit Christus  
in mundo quoad Corpus, quod ex virginе suscep-  
rat ; sed quemlibet annum in quinquaginta u-  
sitatōs distribuunt, ut annum Iubilei constituat.

21. Quæ Marcionis, Cerdonis, Praxæ & Va-  
lentini de Aeonibus & seculis fuerint somnia &  
deliria, passim videre est apud Tertullianum, Ite-  
natum & Epiphanius.

22. Sunt verò hæc nihil aliud, quam inania &  
otiosa figmenta hominum, qui ut Augustinus lo-  
quitur, Diabolo sic ipsos instigante, tantâ

R 1 4

super-